ARCHIVIO GENERALIZIO - Sezione Storica

Chierici Regolari Somaschi

n. PEB 943

Gisenyi

Lovaso, 10 ottobre 1967

Curia Generalizia - Roma

78

KATHOLIEKE UNIVERSITEIT
TE LEUVEN

UNIV. CATH. LOVAN.
Seminarium Philologiae
Humanisticae

Ex pago Haasrode
iuxta Lovanium
10. X. 1967

Carissime Pater,

Peractis novi anni academici aperiendi sollemnibus, festinavi ut litteris tuis responsum pro amicitia darem. Spero te revera scribendo aerumnas ex animo fugavisse: nam nubilis te obumbratum esse ex verbis tuis intellexi. Utinam propius a te abessem praesentiaque nostra te consolari possem. Fieri potest ut hac hieme Mediolanum veniam. Quod si ita eveniet, spero te visurum.

Lovanii omnia ex votis procedunt: ab hoc anno creatus sum professor ordinarius ad litteras latinas imprimis autem humanisticas docendas. Florent liberi cum uxore. Utinam huc venire posses et per dies aliquot animum apud nos relaxare!

Interim si litteris curam potes levare: scribe iterumque scribe: amicus auscultat!

Totus Tuus

[signature]

BIBLIOTECA P.P. SOMASCHI
COLLEGIO GALLIO
COMO